COLLECTIO EPISTOLARUM VARIARUM
Oberitalien (Bologna?), 1. Hälfte 15. Jh. Seite 162r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35054
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



glarem gratiam et Civium civitatis eiusdem quorum cogor incessabili
prece dignaretur. v. s. exsolita clementia confirmare hocque o
pinor ven. fratrem A. abbatem de. prime et universitatem Civitatis
ipsius ad p. b. vestre pacta huiusmodi serio destinatum vestre sancte sedi humi
liter supplicasse. Et enim ab ipso A. recepi responsum quod v. s. ignis
adventu libenter meis precibus annuisset. Si prius quam
ven. p. de.. ad ipsum fuisset promotus mea petitio v. s. exhi
bita extitisset quod Caritatem vestram ipsi confirmationem
dispositam esse nostebat. Si p. ipse malum prelatum huius
regni preter Cefaludensem locum haberet Sane pie pater et domine sicuti
ipsi p. et nuncio apostolico ad me semper vementi quem honore
debito recepi rationes quibus moveor particulariter explicavi et
vestre non tacui in meis litteris sanctitati. Iterum replico cum puto quod ma
la que prelati exteri preteritis discriminibus confessi statum Regni pacifi
cum commiserunt et intercessus principalium Civitatis eiusdem pro
quietiori status ipsius me ad hoc rationabiliter induxerunt pariter
et inducunt cum teste deo super omnibus cupio iussionibus obe
dire maxime ad ea que salubre Regimine ipsius regni concer
nunt. Sed quia exterorum prelatorum conversatio teneri pati quia
pedi gratiam generaliter fruor in regno esset nimium scandalosa
non desinam vestram clementiam humilime exorare quousque T.
ipse a vestra caritate sue confirmationis gratiam assequatur.
Equidem patrum pissime manus vestra cuncta ordinis sub
iacet auctoritas plene potest de aliis prelatis vacantibus et
dignioribus ipsi petro comode providere et permittere Civi
tatem memoratam in suo comparatione letari, pro qua gratia
consequenda Jacobum de.. Civem civitatis ipsius v. s. devotum
meumque fidelem consiliarium et servitorem in ambassiatorem
ad pedes v. s. destino serrose qui et mei expresse super aliqui
bus tangentibus ambassiatam quam ad serenissimum
dominum meum genitorem Regem Aragonie cum galea iam prepara
ta sum missurus ut exinde ad pedes s. v. meos ambassia
tores valeam destinare dominationem vestram oratenus informa
bit. Qua propter v. alme sedi supplico humiliter et devote quatenus vestra
dignetur B. eiusdem Jacobi relatibus veluti meis fidem
credulam adhibere eisque votivis supplicationibus annuere
ut altissimus prospere et longe s. vestram conservet cuius benedictioni
bus et gratie me continue recommendo. Datum etc.

Supplicat Rex pape pro quodam presbitero

Sanctissime pater et domine Apud tribunal s. dominice pro
illis supplicare compellor quos non minus famam quam virtus et
morum honestas vulgariter commendat. Itaque attentis virtutibus
moribus et scientia quibus devotus et maximus zelator s. v.
presbiter nicolaus de.. concivis ulixbonensis multipliciter decoratur
B. v. omni humilitate nutu oro supplicatur et exoro quatenus premissorum
meditatione Eidem presbitero N. de aliqua prebenda cum dignitate
vacante seu vacatura in dyocesi ulixbonensi cum clausula anteferri etiam

Cxliiij